Per hanc nonnulli possedere etiam portas inimicorum. Quē enim virtutum eque potis demonum omnem debellare superbiam / tyrannidem hominum? Ceterum cum omni indifferēter persone/hec sit quedam turris fortitudinis a facie inimici/nescio quo pacto tamen vis eius maior in maioribus ⁊ in clarioribus clarior comprobatur. Nulla splendidior gēma in omni precipue ornamento summi pontificis/Quo enim celsior ceteris/eo humilitate apparet illustrior et seipso.

Ut consideret quid sit/et quid sibi desit

Capitulum.vi.

Arguar fortasse/q̄ non satis primis explicitus ptib⁹ in secūdas(nescio quō stil⁹ excurrerit)/describere ichoās qualē te oporteat eē/cū necdū q̄s sis plen⁹ expressisset. Credo erubescens in summo positum apice videri hominē nudū/festinauit induere insignibus suis. Absq; his nempe/eo deformior/quo illustrior pares. Nunquid potest abscondi ciuitatis supra montem posite desolatio / aut latere fumus lucerne extincte super candelabrū? Simia in tecto / rex fatuus in solio sedens Et nunc audi canticum meum minus suaue/ ⁊ salutare. Monstruosa res gradus summus ⁊ anim⁹ infim⁹/sedes prima et vita yma: līgua magniloquia ⁊ manus ociosa/sermo multus ⁊ fructus nullus. vultus grauis ⁊ actus leuis. ingens auctoritas ⁊ nutās stabilitas. Admoui speculum fedus se in eo vultus agnoscat/tu tuum gaude dissimilem inueniri. Inspice tamen et tu/ne forte si sit vnde merito placeas tibi/etiam in quo debeas displicere non desit. Volo

glozieris testimonio conscientie/sed non minus vt eo dem tpo humilieris Rara vox/michil michi conscius sum. Cautior in bonis ambulas si et mala non lateant. Quãobrẽ (vt dixi) noueris te: vt inter angustias que non desunt fruaris conscientie bono/ magis aũt vt scias quid desit tibi. Nam cui non desit? Omnia illi desunt/qui nil sibi deesse putat. Quid si summus pontifex sis? Nunquid quia summus pontifex ideo summus? Infimum noris esse/si summum putas? Quis summus? Cui addi non possit. Grauiter erras/si te illum existimes. Absit. non tu de illis es? qui dignitates virtutes putant. Tibi ante experta virtus/q̃ dignitas fuit. Augustis relinquito illam sententiam/aliisq̃: qui diuis coli honoribus non timuerunt verbigratia/nabugodonosor / alexandro/ anthiocho/herodi. Tu vero considera/non consummatione summum te dici/sed comparatiõe. Nec me putes comparationem dicere meritorum/sed ministeriorum. Sic te existimet hõ/vt ministrum xp̃i / et (quod absq̃ preiudicio sanctitatis cuiuspiam dixerim) summum plane inter ministros: Alias/mti te ad summũ velim/non putare summũ/aut velle putari anteq̃ sis. Nam quomodo proficis si iam sufficis tibi? Non sit proinde tibi aut pigrum vestigare qd desit/aut fateri quod desit verecundum. Loquere et tu voce antecessoris tui/non q̃ iam acceperim/ aut iam perfectus sim. Et rursum Ego me non arbitrer comprehendisse. Nec scientia sanctorum hec longe ab illa/que inflat Nanc qui apponit/apponit z dolorem: sed dolorem hunc/nemo vnq̃ sapiẽs subterfugit. Est quippe medicinalis dolor / per quem stupor

ille letalis/animi duri a impenitentis extunditur. Et ideo sapiens qui dicere potuit/et dolor meus in conspectu meo semper. Hunc iam repete de reliquie: si que sunt/loci illius a quo paulo ante diuertimus

¶ De dignitate persone sue et prerogatiua potestatis. ¶ Capitulum septimū.

Ahe indagem⁹ adhuc diligēti⁹ q̄s sis: quā geras/vez p tp̄c psonam in ecclesia dei. Quis es? sacerdos magn⁹? sūm⁹ pōtifex Tu princeps ep̄orum tu heres apostolo⁹. Tu primatu abel/gubernatu noe/ patriarchatu abraham ordine melchisedech/ dignitate/aaron/ auctoritate moyses/iudicatu samuel/potestate petrus/vnctione christus. Tu es/cui claues tradite sunt/cui oues credite sunt. Sunt quidem et alii celi ianitores et gregum pastores. sed tu tanto glorioſius q̄to differentius vtrūq; pre ceteris nomen hereditasti. Habēt illi assignatos sibi greges singuli singulos/tibi vniuersi creditum vnus. Nec modo ouium/sed et pastorū omnium tu vnus pastor. Unde id probem. queris? Ex verbo domini. Cui enim non dico episcopoꝝ sed etiam apostoloꝝ sic absolute et indiscrete/tote commisse sunt oues? Si me amas petre: pasce oues meas. Quas? Illius vel illius populos ciuitatis: aut regionis aut certe regni? Oues meas inqt Cui non planum/ non designasse aliquas/ sed assignasse omnes? Nichil excipitur: vbi distinguit nichil. Et forte p̄sentes ceteri cō discipuli erāt: cū cōmittens vnitatē oīb⁹ cōmendaret in vno grege et vno pastore/ ex illō Una ē colūba mea/formosa mea/p-

secta mea. Ubi vnitas ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent / sed diuisionem recedentes abvnitate: Inde estq; alii singuli singulas sortiti sunt plebes/scientes sacramentum. Denicq; iacobus qui videbatur columna ecclesie/vna contentus est hierosolima/petro vniuersitatem cedens. Pulcre vero ibi positus est/suscitare semen defuncti fratris/vbi occisus est ille. Nam dictus est frater domini. Petro cedente domini fratre/quis se alter ingerat petri prerogatiue? Ergo iuxta canones tuos alii in partem sollicitudinis/tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis artatur limitibus/tua extenditur? in ipsos qui potestatem super alios acceperunt. Nonne si causa extiterit/tu episcopo celum claudere/tu ipsum ab episcopatu deponere etiam et tradere sathane potes? Stat ergo incoecussum priuilegium tuum tibi)tam in datis clauibus q; in outibus commendatis. Accipe aliud/quod nichilominus prerogatiuam confirmat tibi. Discipuli nauigabant? dominus apparebat in littore/quodq; iocundius erat in corpore reduuo. Sciens petrus quia dominus est / in mare se misit: et sicvenit ad iesum/alii nauigio peruenientibus. Quid istud? Nempe signum singularis pontificii petri/per quod non nauem vnam/vt ceteri quisq; suam sed seculum ipsum suscepit gubernandū. Mare enim seculum est est/naues ecclesie. Inde est q; alteravice instar dñi gradiens sup aquas vnicuq; se christi vicarium designauit/qui non vni populo/sz cunctis preesse deberet. Si quidem aque multe / populi multi. Ita cum quisq; ceterorum habeat suam/

tibi vna commissa est/grandissima nauis/facta ex omnibus ipsa vniuersalis/ecclesia toto orbe diffusa.

¶ Ut consideret non tam quis et q̃tus sit. q̃ quis sit et qualis. ¶ Capitulum octauum.

Et quis es? Sed noli obliuisci etiã quid. Nam et ego non sũ oblitus id me promisisse repetiturũ in oportunitate. Quam oportune cũ eo qui es etiam quid ãte eras consideras. Quid dico eras? Et nunc es. Quid designas intueri. quod non desisti esse? Vna sane consideratio est? quid fueris et q̃d sis Nam quis sis fctũs: altera. Non oportet vt ista extũdat illam/in scrutinio tui. Es cĩm (vt dixi) adhuc q̃d eras/et nõ minus hoc es: q̃ quod factus es post/forte et magis. Denicq; illud natus es/mutuat⁹ hoc/nõ in hoc mutuatus. Non reiectum illud sed istud adiectum. Tractemus vtrunq; simul/nam vt prefatum me memini. collate ex inuicẽ ambe res/vltiores fiẽt Dixi supra consideranti q̃d sis/naturam occurrere qua es homo. Nam hõ natus es. Porro percũctanti q̃s/persone rñ debitur nomen. quod est eps. quod q̃dem factus: non natus es Quid tibi hoc videtur ad purũ esse tui principali⁹ pertinere: quod fctũs/an q̃ nat⁹? Nonne quod natus? Hoc ergo consulo consideres maxĩe/q̃d maxĩe es/hoĩem videlz q̃d et nat⁹ es. Nec modo q̃d nat⁹/sed et qualis nat⁹/oportet attendas: si non vis tue considerationis fructu et vtilitate fraudari. Tolle proinde nunc hereditaria hec perizomata/ab initio maledicta. Dirumpe velamen foliorũ celantiũ ignominiam: non plagam curantiũ. Dele fucũ fugacis honoris huius/et male colorate

nitorē glie/vt nude nudū ꝓsideres: qz nudus egress es de vtero matris tue. Nunquid ifulatus? Nunqd micās gemmis / aut flozidus sericis aut cozonatus pennis; aut fufforcinatus metallis? Si cuncta hec veluti nubes quasdā matutinas velociter transeuntes: et cito pertransituras dissipes / et exufles a facie considerationis tue: occurret tibi homo nudus et pauper/et miser/et miserabilis. Homo dolens q homo sit/erubescēs q nudus sit / plorans q natus sit/ murmurās q sit. Homo natus ad laborē: non ad honorem. homo natus de muliere. et ob hoc cum reatu breui viuens tpe/ideoq cū metu: repletus multis miseriis/et propterea cum fletu. Et vere multis: qz corporis et anime simul. Quid enim calamitate vacat nascenti in peccato. fragili corpore/et mente sterili? Vere ergo repletus cui ifirmitas corpis. et fatuitas cordis cumulatur traduce sordis mortis aditione. Salubris copula vt cogitans te summū pontificem attendas pariter vilissimū cinerē non fuisse/ sed eē. Imitetur cogitatio naturā. imitetur et qđ dignius est auctorē nature. sūma imaq cōsocians. Nōne natura in ꝓsona hoīs vili limo vite spiraculum colligauit? Nonne auctor nature in sui persona: verbum limūq cōtēperauit? Ita tibi sume formam tā de nfe concretione origis: q̄ de sacro redēptionis vt altus sedens. non alta sapiens sis. sed hūilia de te sentiēs humilibusq consentiens. Proinde si consideras q̄ tus es: cogita etiā qualis/et marīe. Hec te sane consideratio tenet in te nec a te auolare sinit non ambulare in magnis neq in mirabilibus sup te.

¶ Ut modū immo mediū teneat. ¶ Ca. lx.

In te consistito. Non infra deici/ nō attolli supra/non euadere in longius/non extēdi in latius patiare. Tene mediū si non vis perdere modū. Locus medius/tut⁹ est. Medium/sedes modi/et modus virtus. Omnē extra modū mānsionē. sapiens exiliū reputat. Propterea non est illi habitare ī longo qđ vltra modū sit. sed ne in lato q̄dē qđ extra sit. porro nec in alto: vel imo qđ alterum supra alterū infra sit! Veniq; et longitudo exterminiū habere solet et dilatio scissurā et altitudo ruinā et profundū absorptionē. Dico hec planius: ne me putes ea loqui q̄ aplis cōprehendere hortatur cū oībus scīs. longitudinē/latitudinē/sublimitatē/et profundū/quod alterius erit et disputationis et tēporis Hunc aūt dico cū sibi homo longiorē promittit vitū latū. cū ī superfluas aīmus distēditur curas. altum cum de se plus presumit. profundū. cū se plus deicit. Qui ergo longa sibi mettitur tpa. nonne vere ingreditur iter exterminii/ transiens vite termios productiori sollicitudine. Inde est q̄ hoīes ī pñti a sese exules per obliuionem in alia per inanē sollicitudinem migrant secula non profutura. immo nec futura. Similiter animus distentus in multa: multis laceretur curis necesse est. Nempe immoderata extensio extenuationē. et extenuatio nimia/scissionem facit. Jam vero alta presumptio. quid nisi ruinosa precipitatio est? Legisti nanq; ante ruinam exaltatur cor. Quid e regione nimie pusillanimitatis deiectio. nisi desperata quedam absorptio est? In hanc fortis non deicietur. Prudēs longioris vite/ non abducet incerto Modestus moderabitur curas/tēperabit a supfluis

non deerit necessariis. Porro iustus altiora se non presumet sed loquetur cum iusto; Si iustus fuero/nō leuabo caput.

¶ Vt consideret vtrum proficiat in virtutibus. an ab eis deficiat/et de consideratione triplici earundē virtutum.

¶ Capitulum decimum.

Ergo in hac consideratōe tui/caute ambules/et tota equitate versaris/vt nec plꝰ vero tibi tribuas / nec plus iusto parcas. Porro plus vero tribuis / non modo arrogando tibi quod non habes bonum. sed et quod habes/asscribendo Vigilanter discerne qualis ex te/et qualis sis dono dei. et non sit in spiritu tuo dolus. Erit autem nisi fideliter partiens/tua tibi: et que sunt dei deo. sine fraude resignes. Ex te mala bona a domino esse persuasum tibi non ambigo; Sane inter considerandum qualis sis/et qualis fueris ad memoriam reuocandum. Conferenda posteriora prioribus. Proficeris ne in virtute/in sapientia/ in intellectu/in suauitate morum. an ab his forte(qō absit)defeceris. Patientior sis an impatientior solito iracundior lenior ve insolentior an hūilior/affabilior an austerior erorabilior. an difficilior/pusillior animo/an magnanimior. seriꝰ magis. an plusculū dissolutus timoratior an forte fidentior/ꝙoportet. Quam latus tibi patet cāpus i hoc genere considerandi. Memoror ergo pauca/ velut quedam seminaria proferens: non tamen ipse serens sed dans semen serendi. Oportet innotescat tibi zelus tuus / clementia tua. discretio quoqꝫ moderatrix earundem virtutum. Qualis videlicet

In donandis inturus qualis sis in vlciscendis / q in vtroq; prouid⁹: modi/loci/tēporis obseruator ꝓsus considerandā tria hec in vsu virtutū harum: ne non sint virtutes. si preter hec reperiūtur: Nempe eiusmodi non natura virtutes. sed vsus facit. Nam ex se indifferentes esse noscuntur. Tuum est aut abutendo et confundendo facere vitia aut bene ordinateq; vtendo virtutes. Solent discretionis oculo caligante. alterutrum sibi preripere loca. terminos occupare. Porro caliginis due sunt cause/ira et mollior affectus: Is iudicii censuram eneruat/ille precipitat Quomodo ab altero non periclitetur aut pietas clementie. aut zeli rectitudo? Turbatus pre ira oculus clementer nil intuetur. suffusus flura quadam et muliebri mollicie animi. rectum non videt. Non eris innocens/si aut punias eum cui forte parcendū esset. aut parcas ei: fuerat qui puniendus.

¶ Qualem se exhibere debeat in prosperis et in aduersis.

¶ Capitulum vndecimum.

IN tribulationibus quoq;/ qualem te inueneris: nolo dissimules. Si constantē in tuis/condolentē in alienis: gaude. Recti cordis hoc. E regione peruersissim/si cum in propriis deprehendaris fortasse īpatiens/ minime tn in alienis compatiens sentiaris. Quid in prosperis. nichil ne est/quod considerationē sollicitet. Est vtiq; si diligēter attendas. q̄ rarus sp extiterit qui non vel modice in prosperitate aīm relaxarit a sui custodia et disciplina. Q̄ñ hec incautis non fuit ad disciplinam qđ ignis ad ceram quod solis radius ad niuem vel gladiem? Sapiens dauid sapientior salomon fuit: sz blā

dentibus nimis secūdis rebus. alter ex parte alter ex toto desiuit. Magnus qui incidens in aduersa. non excidit vel parum a sapientia. nec minor cui presens felicitas si arrisit non irrisit. Quanq; facilius inueneris qui sapientiam rettinuerūt contraria sibi fortuna q; qui propicia non perdiderunt. Preferendo ille et magnis est/cui iter prospera saltem risu decentior/aut sermo insolētior. aut imoderatior cura vestis vel corporis non irrepsit.

¶ De cauendo ocio et nugis.

¶ Capitulum duodecimum.

Et si recte sapiens hortatur sapientiā seribi in ocio. cauendū et in ocio/ocium est Fugienda proinde ociositas magister nugarū/nouercavitutum Inter seculares nuge/nuge sūt in ore sacerdotis blasphemie. Interdū tñ si incidāt ferēdē fortassis referēde nunq;. Magis interueniendū caute. et prudenter nugacitati. Prorūpendū sane in serium q̄d/quod non mō vtiliter/sed libēter audiant. et supsedeant ociosis. Consecrastios tuū euāgelio/talibus tā aperire illicitū: assuescere sacrilegium est. Labia sacerdotis(ait) custodiūt sciaz/et legē requrunt de ore eius. non nugas profecto vel fabulas Verbū scurrile/quod faceti vrbani ve noīe colorant non sufficit pegrinari ab ore. procul et ab aure relegandū Fede ad cachinnos moueris: fedius moueaz Porro detrahere aut detrahētem audire. quod horum damnabilius sit/non facile dixerim.

¶ De personarum acceptione et credendi facilitate vitanda. ¶ Capitulum decimūtertiū.

De auaricia non est quod tuum fatigere intuitū

cū pecuniam tanq̄ paleam dicaris habere. Non p̄s sus non est: quod pro illa timeatur a iudicis tuis. sy est quod non minus sepe nec noxie minus insidiari iudicantibus solet. de quo maxime quid in tua late at conscientia latere te nolim. Quid illud sit queris Acceptio personarum. Non parui te rerum peccati existimes. si facies pcōrum sumis. z non potius cau sas diiudicas meritorū. Est itēviciū. cuius si te īmu nem sētis/inter oēs quos noui ex his qui cathedras ascenderunt sedebis (me iudice) solitarius q̄ veraci ter singulariterq̄/leuasti te supra te/iuxta prophetā Facilitas credulitatis hec est: cuius callidissime vul pecule magnorū neminē comperi satis cauisse ver sutias. Inde eiectis pro nichilo tre multe/inde inno centū frequens addictio: inde p̄iudicia in absētes Gratulor aūt tibi (nec eīm assentationis apud te ve reor īcurrere notā) gratulor inq̄ presidere te vsq̄ ad huc/absq̄ horum oīm querela multa: an et sine cul pa tu videris? Nunc ad ea q̄ sub te sunt: cōsideratio intendenda. Ad alterius p̄cipii hoc. Eiqdem tuis occupationibus. sermo breuior cōpetentior est.

¶ Explicit liber secundus.

¶ Incipiunt capitula tertii libri.

De considerandis que sub eo sunt. Ca.i.
Ut hereticos corrigat/gentiles conuertat/ ambicio sos reprimat. Ca.ii.
De appellationibus. Ca.iii.
De abusione appellationum. Ca.iiii.
Quantum quarticiam calcauerit. Cap̄. v.
De prelatis qui impatientes subiectionis ambiunt ad emancipationem Ca.vi.

At consideret qũo in vniuersali ecclesia custodiãtur aptica ipsius instituta. Ca. vii.

¶ Incipit liber tertius de considerãdis que sub eo sunt. ¶ Capitulum primum.

Finis superioris libri/huic principium ponit. Itaq; iuxta promissũ illius. considerandã q̃ sub te sũt. Que nã sint illa/non est quod a me q̃rendũ putes sacerdotũ optime eugeni. rectiꝰ fortasse que non sint q̃ras. Orbe exeundũ ei qui forte volet explorare que non ad tuã pertinent curam. Parentes tui destinati sunt non aliquas regiões. sꝫ ipsum debellaturi orbem. Ite in orbẽ vniuersũ: dcm̃ est illis. Ipsi xpo vendentes tunicas/emere gladios ignitum eloquium et spiritum vehementẽ: arma potentia deo. Quo non peruenere victores incliti filii excussorum? Quo non sagitte potentũ acute/cũ carbonibus desolatoris? Et quidẽ in oẽm terram exiuit sonus eorũ. et in fines orbis terre verba eorum. Penetrabant et incendebãt verba illa incensa igni quẽ dñs misit in terrã. Occũbebant strenuissimi bellatores. sed non succũbebant. triumphabant et mortui. Mimis confortatus est principatus eorũ. constituti sunt principes sup oẽm trã. Eis tu successisti in hereditatẽ. Ita tu heres. et orbis hereditas. At quatenus hec portio te contingit aut contigerit illos id sobria consideratione pensandum Non enim ꝯ omẽm reor modũ sed sane quodamtenus. At michi videtur dispensatio tibi super illum credita est. non data possessio. Si pergis vsurpare et hanc contradicit tibi qui dicit. Meus est orbis terre et plenitudo eius.

Non tu ille de quo propheta/et erit omnis terra pos
sessio eius christus hic est qui possessionem sibi ven=
dicat et iure creatõis et merito redẽptionis et dono
patris. Cui enim alteri dictum est. Postula a me et
dabo tibi gentes hereditatem tuam: possessionem
tuam terminos terre? Possessionem ꝛ dñũ cede hu
ic/tu curam illius habe. Pars tua hec/vltra ne ex=
tendas manum. Quid inquis? Non negas preesse?
ꝛ dñari vetas? Plane sic. Quasi non bene presit q̃
preest in sollicitudine. Nunquid non ꝛ villa villico/ꝛ
paruulus dñs subiectus est pedagogo? Nec tñ ille
ille nec is sui dñs est. Ita ꝛ tu presis vt prideas/ vt
consulas/vt pcures/vt serues. Presis vt prosis.
Presis vt fidelis seruus et prudens/ quem consti=
tuit dñs super familiam suam Ad quid? Vt des il=
lis escam in tp̃e. Hoc est vt dispẽses/non impes Hoc
fac ꝛ dominari ne affectes hoim hõ/vt non dñetur tui
ois iniusticia. At satis supq̃ id intimatũ supra cum
quis sis disputaretur. Addo tamen ꝛ hoc. nam nul=
lum tibi venenũ/nullũ gladiũ plus formido q̃ libidi
nã dñandi. Certe vt multum tibi tribuas/si multum
deceptus non es. nil te existimas pl9 accepisse a ma
gnis apostolis

Vt hereticos corrigat/gentiles conuertat / am=
bitiosos reprimat

Capitulum secundum:

Recordare vocis illius/saptentibus ꝛ insipienti=
bus debitor sum ꝛ si non indebitam tibi ipam
censes. Hoc quoq̃ simul memento debitoris mole=
stum nomen. seruienti potius q̃ dñanti congruere.
Seruus in euangelio audit. Quantum debes do=

mino meo? Ergo si te agnoscis sapientibus et insipientibus non dñatorem. sed debitorem/ curandū sū mopere tibi ꝛ tota vigilantia considerandū quō ꝛ q̄ non sapiunt sapiāt/ ꝛ q̄ sapiunt non desipiant. et q̄ desipuere resipiscant. Et nullum gen⁹ insipiētie/infidelitate(vt sic loquar)insipientius. Ergo ꝛ infidelibus debitor es/iudeis ꝛ gentib⁹. Interest pinde tua dare operam quā possis vt increduli conuertātur ad fidē. conuersi non auertant. auersi reuertant. Porro peruersi ordinent ad rectitudinē, subuersi ad veritatem reuocentur. Subuersores inuictis rōnibus conuincantur vt vel emendant ipi si fieri pōt. vel si non/ p̄dant auctoritatē facultatēq̄ alios subuertēdi. Non oīno ꝛ ab hoc insipientiū genere pessimo tibi dissimulandū. Dico aūt hereticos scismaticosq̄. nam hi sunt subuersi ꝛ subuersores/canes ad scissionem. vulpes ad fraudem. Erunt inq̄ hīnoi maxime tuo studio aut corrigendi ne pereant aut ne perimant coercendi. Esto/de iudeis excusat te tps. hñt terminum suum q̄ preuenirt non poterit. Plenitudinem gētiū preire opz. Sed de ipis gentib⁹ q̄d rñdes? Immo q̄d tua consideratio rñdet tibi pcunctanti sic. Quid visum est patribus ponere euangelio metam/verbū suspendere fidei donec infidelitas durat? Qua ratione putamus substitit velociter currens sermo. Quis primus ihibuit hūc salutarē cursum? Et illis cā forte quā nescimus aut necessitas potuit obstitisse. Nobio que dissimulandi est ratio? Qua fiducia/ qua cō scientia xp̄m vel non offerimus eis q̄ non hñt? An veritatem dei in iniusticia detinemus? Et quidem q̄n q̄ ꝑueniat gentium plenitudo necesse est. Expecta

mus in eas incidas fides? Cui credere casu contigit? Quō credēt sine predicāte? Petrus ad cornelium/philippus ad eunuchum missi sunt: Et si exemplū recētius querimus augustinus a beato gregorio destinatus/formā fidei tradidit anglis. Et de his tu ita tecū. Ego addo ꝛ de pertinacia grecoꝝ q̄ nobiscū sunt/et nobiscum non sunt iunctī fide pace diuisi q̄q̄ ꝛ in fide ipa claudicauerunt a semitis rectis Et item de hereſi que clam pene vbiq̄ serpit. apud aliquos seuit palam. Nam paruulos ecclesie passim ꝛ publice deglutire festinat Queris vbi sit hoc? Vestri qui terram austrittam sepe visitant. ecce hi sciūt ꝛ possunt dicere tibi. Eunt et redeunt per medium illorum. aut transeunt secus. sed quid boni adhuc cū illis egerint. necdum audiuimus. Et forsitan audiuissemus nisi pre auro hyspanie salus populi viluisset Tuum est et plage huic remedium prouidere. Sed est insipientia que ipsam quoq̄ iam prope modum stultam fecit sapientiam fidei. Quomodo et ipsam catholicam pene totam. hoc virus infecit? Nam dum et in ipsa quiq̄ que nostra sunt querimus. fit vt inuicem inuidentes. inuicem prouocantes exercemur ad odia: animemur ad iniurias. armemur ad lites. cauillemur ad dolos. feriamur ad detractiones. prorumpamus ad maledicta. opprimamur a fortioribus: opprimamus infirmiores: Quam digne et laudabiliter occupatur meditatio cordis tui aduersus tam pestilens insipientie genus. quod corpus ipsum christi que est multitudo credentium occupasse consideras. O ambitio. ambientiū crux quomodo omnes torquens omnibus placens? Nil

acerbius cruciat /nil molestius inquietat. nil tam apud miseros mortales celebrius negociis eius An non limina apostolorum plus iam ambitio q̄ deuotio terit? An non vocibus eius/vestrum tota die resultat palatium? An non questibus eius tota legum canonumq̄ disciplina madat? An non spoliis eius omnis ytalica inhiat inexplebili auiditate rapacitas? Quid ita/immo quid aliud tua ip̄ius spiritualia studia non saltē intercidit sed abscidit? Quotiēs sancta ac fecunda tua abortiri octa fecit/ inquietum & inquietans malum. Aliud est quod ab oppressis appellatur ad te/aliud autem q̄ ambitio in ecclesia parte regnare molitur. Nec deesse illis nec huic aliquatenus assentire oportet Quamvero inique fouetur illa/spernuntur illi. Atriſq̄ tamen debitor es/ illis vt erigas,istis vt reprimas

De appellationibus.

Capitulum tercium

Et quontā incidit de appellationibus ꝑse qui aliq̄tenus nō erit ab re. Magno i his & pio opus intuitu est/ne quod magna fuit necessitate preuisum/male vtendo reddatur inutile Michi videtur & in multam posse eas deuenire perniciem/si non summo moderamine actitentur. Appellatur de toto mundo ad te/id quidem in testimonium singularis primatus tui : At tu si sapis / non primatu gaudebis sed fructu. Apostolis dictum est In hoc nolite gaudere/q̄ spūs subiiciuntur vobis: Appellatur ad te(vt dixi)vtinam tam fructuose q̄ necessarie: Vtinam cum oppressus clamat /sentiat oppressor et non superbiat impius vnde incen-

ditur pauper. Quid tam decorum /vt ad inuocatio
nem tui nominis oppressi effugiãt versuti non refu=
giant. Quid e regione tam peruersum/tam recti a=
lienum vt letetur qui malũ fecit / ꝛ qui tulit inaniter
fatigetur? Inhumanissime non moueris erga homi
nem/cui late inurie cumulauere doloꝛẽ/ꝛ laboꝛ itine
ris ꝛ dãna expẽsarum. Sꝫ nichilominus ignauissi
in illũ moueris qui huic tot calamitatum partim au
ctoꝛ/ptĩ extitit cã Quigila hõ dei cũ hec cõtigũt mo
ueaẽ mĩpatõ/moueaẽ ꝛ indignatio tua. Alterã leso al
terã ledenti debes. Consoletur ille dãnoꝛũ resarsi tu
suoꝛum/satisfactione iniuriarum/fine calumniarum
Cum isto ita agatur vt peniteat fecisse quod non ti
muit facere. ꝛ non de penis innocentis rideat. Arbi
troꝛ idẽ debere pati illum/qui sine causa forte appel
lauit Foꝛmulam hanc iusticie prefigit tibi/et diuine
incommutabilis ratio equitatis ꝛ (ni falloꝛ) ipsa ap=
pellationum lex/vt illicite vsurpata appellatio nec
psit appellanti/nec appellatio obsit At quid ei frus=
tra fatigatus sit homo? Quam plenũ iusticie vt se=
se potius leserit/qui voluit ꝓmum Appellasse ini=
que iniquum est/inique ꝛ impune / iniquarum appel
lationum fomes. Iniqua autem omnis appellatio/
ad quam iusticie inopia non coegit. Appellare non
vt graues; sed si graueris licet appellandũ a sentẽ
tia Ante sententiam/ĩprobe omnino nisi ob mani=
festum grauamen presumitur appellatio. Qui igi=
tur non graugatus appellat/liquet qꝛ aut grauare in
tendit/aut tempus redimere. Non est autẽ suffugiũ
appellatio/sed refugium. Quantos nouimus appel
lasse pulsatos/quo interim liceret quod nũ q̃ lꝫ. Nõ

nullis ꝛ quoad vixerunt licuisse appellationis suf-
fragio nefaria scimus. verbigratia incestū adulte-
rium. Quale est hoc turpitudini patrocinari/ quod
vel maxime formidari a turpibus oportebat? Quo
usqꝫ murmur vniuerse terre/aut dissimulas. aut nō
aduertis? Quousqꝫ dormitas / quousqꝫ non emig-
lat consideratio tua ad tantam appellationum con
fusionem atqꝫ abusionē? Preter ius ꝛ fas / prēmo
rē et ordinē fiunt. Non locus/non modus/nō tēpus
non causa discernit aut psona. Presumunt leuiter
passim/plerūqꝫ et nequiter. Volentes malignari nō
ne his potissimum terreri solebant? Nunc terrori
ipi ex his magis fiunt / atqꝫ id bonis. Antidotum
vsum in venenum/non mutatio dextere excelsi hec
Appellantur boni a malis vt non faciant bona/ꝛ su
persedēt a voce tonitrui tui formidātes. Denicqꝫ ap
pellant eṗi/ne illicita audeant matrimonia soluere
vel ꝓhibere. Appellantur ne rapinas ne furta/ne
sacrilegia ꝛ q̄ huiusmodi sunt punire vllaten⁹ vel co
hibere p̄sumant. Appellantur ne indignas et infa-
mes psonas a sacris officiis. Quod tu inuenis reme
diū morbo huic/ne quod reptū ad remedium fuit
repiatur ad mortē? Zelatus est dns domum oratōis
factā spelunca latronū Tu eius minister dissimulas
miserorum refugium datū arma iniquitati? Videas
prertpi passim partes oppressorum ꝛ prūpere ad ap
pellandum non tam grauatos q̄ grauare volentes
Quid hoc mysterii? Tuum est considerare/nō mea
cōmentari istud Et cur (quis) male appellati nō ve
niunt ostensuri suam innocentiam/malicia cōuicturi
Dico quod dicere adhuc solent. Volumus vexari

frustra. In curia eē qui pcliuius faueant appellanti bus/foueant appellationes. Cessuris rome domi se dere satius. Fateor me non omnino decredere his: Quē das michi in tā crebris appellationibus que hodie fiunt qui pro expensis itineris vel minimū re= stituerit illi quē forte appellarit? Mirum vero si ita omēs ꝛ appellantes iusti/ꝛ appellati rei vbo examine inuenti sint. Diligite(inquit)iusticiam/qui iudica= tis terram. Parum est iusticiam tenere nisi ꝛ dilī= gas. Qui tenent/tenent. qui diligūt zelantur. Ama tor iusticie inquirit iusticiam et pſequitur eam Por ro oēm iniusticiam pſequit Nichil tibi et illis/qui ap pellationes venationes putant. Pudet elogii quod apud ethnicos iam vertitur in parabolam/dnos no uimus seruos pingues. At mitius loquar plus face tie q̄ iusticie hic

De abusione appellationum.

Capi iiii.

Quā si amas iusticiam/appellatōes non affectas sed sustines. Verūtñ quid emolumēti affert ec clesiis dei tuis vnius hois iusticia vbi sñia p̄ualet ali ter affectorū? Et istud loci illi erit/cū ceperint vsari q̄ circa te sunt. Nunc vo non te existimes ociose va= care considerationi huic qua appellationes ad legiti timū (si fieri pōt)reuoces vsum. Et si hinc queratur in ea vel potius curet sententia/dico appellationes vt non contēnendas/sic nec vsurpandas oīno Por ro horū quid insolētius censeā/haud facile dixerī/ni si q̄ vsurpatio quandā videt inducere contēptus ne cessitatem / ac per hoc forte acrius insectanda que amplius nocet. Aut non vere nocentior est mala in

se/in partu peior? Nonne ipa est uqꝫ ipm ius quoꝫ nature/aut extenuat aut exterminat? Nam sepe rebus etiã pretiosissimis precii grãm non mõ demit ꝫ adimit. Quid sacramentis acceptius? Usurpata tamen ab indignis/indignis ve tractata/mime acceptant. Magis hñt dãnationem/qz debitã veneratiõnẽ nõ hñt. Fateor grande ⁊ generale mũdo bonum esse appellatiões/idꝫ tã necessariũ ꝙ solẽ ipm mortalibꝫ. Reuera quidem sol iusticie est ꝓdens ac redarguens opa tenebrarum. Prorsus fouẽde ⁊ manutenende. Sed quas extorsit necessitas/non calliditas adinuenit. Usurpatorie sunt hmoi omẽs non subuenientes in necessitate/sed opitulantes iniquitati: Quidni veniãt in contẽptũ? Quanti vt talibus quoꝫ deferrent/etiam de ꝓprio cessere iure/ne longo ⁊ casso itinere fatigarent. Plures tñ sua amittere non ferentes appellationes minus opportunas/ et celsa noia ꝛportunius cõtẽpserunt. Dico aliqd quod ad rẽ ptinet exẽpli causa Quidã sibi publice despondsarat vxorẽ. Adest dies celebris nuptiarũ. Parata oia/inuitati multi. Et ecce hõ concupiscens vxorẽ ꝓximi sui/invocem appellationis inopinate ꝓrũpit. affirmans sibi traditam prius/suam potius esse debere. Stupet sponsus/herent omnes sacerdos non audet progredi. frustratur omnis apparatus ille. descendit quisqꝫ ꝛ domum suam/suam cenam manducaturus/sponsa a mensa ⁊ thalamo sponsi suspenditur quousqꝫ roma reditum ẽ. Parisius contigit hoc nobili galliarum cuitate sede regia Rursum in ciuitate eadem ꝙdam sibi desponsata vxore diem nuptiarum constituit. Interim emergit calumnia dicẽ

tibus ꝗbusdam non debere coniungi Ad iudicij ecclesie/causa delata est. Sed non expectata sniā. appellatū est sine cā / sine grauamine/solo fruſtratorie dilationis intuitu. At ille siue ꝑdere q̄ parārat siue dilecte tādiu fruſtrari consortio nolens/nichilomin⁹ qđ proposuerat contēpta siue dissimulata appellatione peregit. Quid illud quod in antisidorensi ecclia nup a quodā adolescente ꝑsumptū est. Mēpe defuncto sctō epō volentibus clericis aliū(vt moris ē eligere sibi/interuenit ille appellans et vetans ne fieret quousq; isset et redisset ab vrbe.

Cui tamen appellationi nec ipse detulit.

Nam cum videret se contēni tanq̄ qui irrationabiliter appellasset/ adscitis quos potuit sibi tertia die post factam ab aliis electionem fecit suam. Cū itaq; ex his et innumeris talibus liqueat non ex contemptu gigni vsurpationē. sz ex vsurpatione contēptum videris tu qđ sibi velit quod zelus vester assidue pene vindicat illum/istam dissimulat. Vis perfecti⁹ coercere contēptum? Cura in ipso vtero pessime mōstra profocari germen neq̄ quod ita fiet . si vsurpatio digna animaduersione mulctetur Tolle vsurpationem et contēptus excusationem non habet. Porro inexcusabilitas/ausum explodet. Non sit proinde vsurpator et contemptor nullus erit/aut admodū rarus. Bñfacis tu q̄ appellationū negato suffragio immo suffugio / multa remittis negocia ad cognoscentes vel qui noscere citius possint. Vbi eñ certior ac facilior notio / ibi decisio tutior/ expeditiorq; esse potest Quam plenum gratie/ quod multorum proinde et laboribus parcis et sumptibus . At quibus sic cre-

das id tibi oīmodis attendendum.

¶ Quantū auaritiam calcauerit. ¶ Ca. vij

Poteram multa de eodem vtiliter addere his sed memor propositi mei: contētus interim occasionem dedisse: ad alia transeo Et primū quod occurrit/minime transeundum reor Preces: et singulariter. Ad quid? Eget dico tibi cōsideratione. Nunquid vt de subditis crescas? Nequaq̄ sed vt ipsi de te. Principē te constituerūt: sz sibi/non tibi. Alioquin quo pacto te reputas superiorem his: a quibus beneficium mēdicas? Audi dñz Qui potestatem habent sup eos benefici vocātur. At istud de his que foris sunt. Quid ad nos? Tu id mendaciter dicēris. si non tam beneficus esse/q̄ beneficis pesse itendas. Parui deiectiōs animi est de subditis non profectū q̄rere subditor. sed q̄stum proprū Jn summo pfertz/im nichil turpius. Quā pulcre magister gentiū. parētes filiis/non filios debere censuit parentib⁹ thesaurizare Nō mediocris glorie vox illa identidē ipsius: non recipro datum sed fructū. At iā transeamus et hinc. ne dis morā in his meā auaricie in te notā interp̄tetur. Quc q̄ longe a te sit/libro superiori testatus sū. sciens q̄ta et u q̄ta tua necessitate respueris. Ad te proīde scripserī ista non ppter te Nēpe quod tibi scribitur soli prodesse non decet Hic locus auariciā carpit: a quo vicio immunis satis tua opinio est: an et opus tu videris Audimus tñ vt oblata a pauperibus taceā/q̄ tangere non acquiescis germanicos detenuisse saccos. sz precio/non massa. Argentū reputatū est fenū: summarū non leuatis sarcinis: onusta nichilominus repa-

triant/vel inuiti. Nouares. Qñ actenus aurum roma refudit? Et nunc romanorũ consilio id vsurpatũ non credimus. Duo venerunt ãbo locupletes/et ambo rei siqdem vnus magõtinus. colonẽsis alter. Alteri gratia gratis reddita est. alter indignº (credo) cui gratia redderetur/audiuit. Cũ quali veste ĩtrasti. cũ tali egredieris. O vocẽ magnificã: vocẽ prorsus aptice libertatis. Quid minus ab illa hec habuit pecunia tua tecũ sit in perditionẽ? Nisi q in illa plº zeli in ista plus modeste sonuit. Quid ille de trãsmarinis partibus pene a finibus terre/terra z mari currens pro episcopatu suis et alienis facultatibus rursus emendo? Jam eñ emerat prius. Tulit multa. sz retulit non omnia tamen. Incidit miser in manº alias: accipere q̃ dare potentiores. Benefeciſti. tuas in vtroq; seruans inuoxias. nec ĩponere scilicet ambicioso/nec supponere iniquo mammone acquiescẽs Non sic a paupere episcopo continuisti/ dans quod daret ne immunificus notaretur. ¶ Accepit clam quod palam dedit. Sic de tuo sacculo: consultum est verecundie veri. Sic quoq; curie morem gerẽs/tuo beneficio inuidiam declinauit eorum qui diligũt munera. Non potest abscondere et factum nouimus z personam. Audire grauat? Et ego eo libentius predico: quo tu id molestius audis. Si tibi sic expedit et michi sic. Tam non oportet gloriam christi me silere/q̃ nec te querere tuam. Et si pergis murmurare adhuc: respondebitur tibi ex euangelio Quanto eis precipiebat/tanto magis plus predicabant dicẽtes. Bene omnia fecit.

¶ De prelatis qui impatientes subiectionis ambi-

Sint ad emancipationem. ¶ Cap. sextū

AUdi aliud: si tamen aliud. Id idē enim fortassis ptinere quis dicat. Tua consideratio viderit hoc. Michi videtur non longe a vero dissentire: qui id forte inter anaritie species locandū putauerit. Ego vero illius aut speciem esse/aut speciem habere non negaueri. Sane inter est tue perfectionis: et malas res/ et malas pariter species deuitare. In altero conscientie in altero fame consulis. Puta tibi non licere/et si alias fortasse liceat q̄cquid male fuerit coloratū Deniq; interroga maiores tuos. et dicent tibi. Ab oi specie mala abstinete vos. Sane minister dñi dñm imitetur qui ipse ait. Qui michi mīstrat me sequatur. Et habes de illo Dñs regnauit decorē induit: induit dñs fortitudinē. Tu quoq; esto fortis in fide/ decorus in gloria. et probasti te imitatorē dei. Fortitudo tua/fiducia fidelis conscientie decor tuus splendor bone opinionis Ita q̄so inducre fortitudinem: etenim gaudium dñi fortitudo tua. Porro specie tua/et pulchritudine tua/nichilominus tanq̄ ppria similitudine delectatur. Induere vestimentis glorie tue/vestire duplicibus. q̄bus domesticos suos fortis illa mulier induere consueuit. Non sit in conscientia nutans infirmitas modice fidei non sit īfama neuus male specie et vesturis duplicibus. Et gaudebit sponsus sup spōsam aīam tuam et gaudebit sup te deus tuus. Miraris quorsū hec ignarus vsq; adhuc q̄d dicere velī Non te tollo diutius. Murmur loquor et q̄rimonīā ecclīarum. Trūcari se clamitant ac demēbrari/Vel nulle vel pauce admodū sunt. q̄ plagam istā aut non

doleant/aut non timeant. Queris quam? Subtra-
hũtur abbates episcopis/episcopi archiepiscopis/ar
chiepiscopi patriarchis/ siue primatibus. Bona ne
species hec? Mirum si excusari queat vel opus. Sic
facit tando probatis vos habere plenitudinem pote
statis. Sed iusticie forte nõ ita. Facitis hoc quia po
testis. sed vtrum et debeatis questio est. Honorum
ac dignitatum gradus et ordines quibusq; suos ser
uare positi estis/non inuidere. vt quidam vestrorum
ait. Cui honorem/honorem. Spiritualis homo ille
qui omnia diiudicat vt ipse a nemine iudicetur/om-
ne opus suum trina quadã consideratione preueniet
Primũ quidem an liceat/deinde an deceat. postre-
mo an et expediat. Nam et si constet in xp̃iana vtiq;
philosophia non decere nisi quod licet/non expedi-
re nisi quod decet/et licet: non continuo tñ omne qđ
licet. decere aut expedire consequẽs erit. Age apte
mus si possimus tria ipsa operi huic. Sit quomodo
non indecens tibi/voluntate pro lege vti/ et qz non
est ad quem appelleris potestatem excercere: negli
gere rationẽ? Tu ne maior dño tuo q̃ ait Nõ veni fa
cere voluntatẽ meam. Quanq̃ non minus dejecti
q̃ elati animi est/veluti rationis expertẽ. non pro rati
one sed pro libitu agere/nec iudicio agi. sed appeti-
tu: Quid tã bestiale? Et si indignũ cuiuis vtenti ra-
tione viuere pecus/quis in te rectore oĩm tantã con
tumeliã nature. honoris iniuriã ferat? Sic de gene-
rando (quod absit) generale opprobrium/ feci sti pro
prium tibi. Homo cũ in honore esset non intellexit cõ
paratus est iumentis insipientibus et similis factus
est illis. Quid ite tam indignum tibi q̃ vt totum te

nens/ non sis contentus toto nisi numicias quasdã atq; exiguas portiones ipsius tibi credite vniuersitatis/tanq; non sint tue. satagas(nesc.o quo)adhuc facere tuas. Vbi etiam meminisse te volo parabole nathan de homie qui centũ oues hñs /vnã que erat pauperis concupiuit. Huc quoq; veniat factum immo facinus regis achab. qui rerum summã tenebat et vnã vineam affectauit. Vuer tat deus a te quod ille audiuit.occidisti et possedisti. Nolo aũt prẽdas michi fructum emancipationis ipsius/nullus est enim nisi q; inde epi insolentiores/monachi etiã dissolutiores fiunt. Quid qđ et pauperes? Inspice diligẽtius taliũ vbiq; libertorum et facultates et vitas ,si non pudenda ad modum et tenuitas in hijs. et in illis seculatitas inuentur. Matrix norte libertatis. gemina soboles hec. Quidni pecce licentius vagũ et male liberum vulgus.cum non sit qui arguat? Quidni licentius quoq; spolietur ac depredetur inermis religio cum non sit qui defendat? Quo enim refugium illis? Nunquid ad eos dolentes iniuriam? Videntibus profecto aspiciuntur oculis.siue qui facium mala/siue q̃ patiuntur. Que demũ vtilitas in sanguine isto? Vereor ne illa quam in propheta comminatus est deus/ille iquiens in iniq̃tate sua morietur. sãguinẽ aũt eius de manu tua requram. ꝓparũ est.inuolutus igne. Audi aptius. Si is q̃ murmurat/secũdũ aiam mortuus est/ si instigat quo viuit? Quo vero non reus mortis amborũ/et sue pariter. q̃ gladiũ dedit. vñ ambo morerentur? Hoc est quod dixerã.occidisti/et possedisti. Adde q; q̃ audiũt scandalizantur indignant detrahunt et blasphemant.hoc est vulne

rantur ad mortem. Non est bona arbor faciens fructus tales. insolentias/dissolutiones/dilapidationes/ simultates/scandala/odia/quodq; magis dolendū/ inter ecclias inimicitias graues/ppetesq; discordias Vides q̄ verus sit sermo ille. oīa michi licēt/ sed non oīa expediūt. Quid si forte nō licet? Ignosce michi non facile adducor licitū consentire/ qđ tot illicita parit. Time denicq; tibi licitū censeas. suis ecclesias mutilare mēbris/confundere ordinē perturbare terminos quos posuerūt patres tui? Si iusticie est suum cuiq; seruare suū. auferre cuiq; sua/iusto q̄o poterit p̄uenire? Erras/licet sūmā ita et solā institutā a deo vestram aplicam potestatem existimas. Si hec sentis/dissentis ab eo q̄ ait. Non est potestas nisi a deo Proinde quod sequitur qui potestati resistit/ dei ordinationi resistit. et si principaliter pro te facit/ nō tamen singulariter. Denicq; idem ait. Omnis aīa potestatibus sublimioribus subdita sit. Non ait sublimiori/tanq̄ in vno. sed sublimioribus tanq̄ in multis. Non tua ergo sola potestas a domino. sūt et mediocres/sunt et inferiores. Et quomodo quos deus contunxit/non sunt separādi sic nec quos subiunxit comparandi. Monstrum facis/si manui submouens digitum facis pendere de capite superiorem manui brachio collateralem. Tale est/si in xp̄i corpore mēbra aliter locas/q̄ disposuit ipse. Nisi tu putas alios esse qui posuit in ecclesia quosdam quidem apostolos/quosdā sūt prophetas/alios vero euangelistas alios doctores/et pastores ad p̄summationē sc̄or̄ in opus ministerii/in edificationem corporis christi. Atq; hoc corpus quod tibi ipse paulus suo ꝛc apli

co figurans eloq̃o/ et capiti conuenientissime aptãs totũ ex eo compactũ ꝓhibet et connexũ per omnem iunctura subministrationis / scd̃m opationẽ in mẽsurã vnius cuiusq̃ mẽbri augmentũ corporis faciens: i edificationẽ sui in caritate. Hec vilem reputes formam hanc quia in terris est exemplar habet e celo Neq̃ enim filius potest facere quicq̃ nisi q̃ viderit patrẽ facientẽ/presertim cũ ei sub moysi nomĩe dictum sit. Vide oia facias/scd̃m exemplar quod tibi in monte monstratum est. Viderat hoc qui dicebat. Vidi ciuitatẽ sanctam hierlm nouam descendentem de celo/ a deo paratã. Ego eñ propter similitudinẽ dictũ reor q̃ sicut ille cherubin et seraphin/ac ceteri q̃busq̃ ad archangelos et angelos ordinãtur sub vno capite deo ita hic quoq̃ subvno summo pontifice. primates/vel pꝛtarche/archiepiscopi/et episcopi/presbyteri/vel abbates: et reliquit in hũc modum. Non ẽ parui pendendũ/q̃ et deum habet auctorem / et de celo ducit originẽ. Quod si dicat eꝑs nolo esse sub archiepiscopo /aut abbas nolo obedire eꝑo. hoc de celo non est. Nisi tu forte angelorũ quempiã dicentem audisti nolo sub archangelis esse: aut ex alio quolibet inferiorũ ordinũ aliquem non frenentẽ subesse cuiq̃ nisi deo Quid inquis? Prohibes dispensare? Non sed dissipare. Non sũ tam rudis/vt ignorem positos vos dispensatores. sed in edificationẽ non in destructionem. Dentq̃ q̃ritur inter dispensatores/vt fidelis ds inueniatur. Vbi necessitas vrget excusabilis dispensatio est. Vbi vtilitas prouocat/dispẽsatio laudabilis est. Vtilitas(dico)communis nõ propria. Hã cum nichil horum est: non plane fidelis dispensatio

ꝫ crudelis dissipatio est. Nonnulla ñ monasteria/si ta in diuersis ep̃atibus quod spãlius ꝓmuerint ab ipsa sui fundatione ad sedem apostolicã ꝑ volũtate fundatorum/quis nesciat? Sed aliud est quod largi tur deuotio/aliud quod molitur ãbitio ipatiẽs subiectionis. Et hec dicta de his

Vt consideret quomodo in vniuersali ecclesia custodiantur apostolica ipsius instituta

Capitulum.vii.

Superest vt gñaliter sup vniuersum ecclie statum intẽdat consideratio tua/si plebes clericis si clerici sacerdotibus si sacerdotes deo in ea qua oꝫ hũilitate subiecti sint si ī monasteriis ꝛ locis religiosis seruet ordo vigilet disciplina si super prava opa et dogmata censura ecclesiastica vigeat/si floreant vinee honestate et sanctimonia sacerdotum si flores fructus parturiant obedientia fidelium populorum si demũ vestra ipsorum obseruẽtur/ne quid in agro dñi tui / aut neglectu incultum aut fraude subreptum inueniat. Posse inueniri ne dubites. Michi in promptu est vt vt multa et innumera prætermittam que passim neglecta iacent/nõ nulla etiam ex his que plantauit dextera tua conuulsa monstrare. Nonne os tuũ in remensi consilio subiecta capitula ꝓmulgauit? Quis ea tenet Quis tenuit? Falleris si teneri putas. Si non putas ipse peccasti/aut statuens que non tenerentur aut ꝙ nõ tenentur dissimulans. Precipimus aĩsi/vt tam epi ꝙ clerici/nec in superfluitate seu inhonesta varietate colorum/aut fissura vestium. neꝫ in tonsura intuentium quorum forma exemplum ꝛ esse debent offẽ

causam vtiq; qua maior esse non potuit. Putemus
super istos virtutes esse quarū nutu vel opere. signa
et prodigia in elementis siue ex elementis facta ap=
parent ad ꝓmotionem mortalium. Inde est fortaſ=
sis/qđ cum in euangelis legas. erūt signa in sole. et
luna et stellis/paulopost habes. Mā virtutes celoꝝ
mouebūtur. Hi nimirū spūs/p quos signa fiūt. Pu
temus ptātes superiores istis. quarū Xtute ptātes te
nebraꝝ/ꝓmittur et coercetur malignitas aeris hu
ius. ne q̄tum vult noceat ne malignari nisi vt prosit
possit. Putem⁹ principatus his quoq; platos quoꝝ
moderamine et sapia oēs in ēris principatus consti
tuitur. regit. limitat. trāsfertur. mutilat. mutat. Pu
temus dñationes a deo cūctis supeminere p̄fatis or
dinibus. vt respectu horū ceteri videātur oēs admi
stratorii spūs/et ad istos tanq̄ ad dños referri regi
mina principatuū. tutamīa ptātū. opationes Xtutū
reuelationes archangeloꝝ: curā et prouidentiā āge
lorū. Putemus thronos alto etiā ab his euolasse
recessu. qui ex eo q̄ sedent throni dicunt. et ex eo se
dent q̄ sedet in eis de⁹. Neq; em̄ sedere in eis q̄ nō

sedereut posset. Queris qd illam sentiam sessionē? Summam tranquillitatem placidissimam serenitatem. pacem q̄ exuperat oēm intellectum. Talis ē qui sedet in throno dñs sabaoth/ iudicans oīa cum tranquillitate. placidissimus serenissimus pacatissimus. Et tales sibi constituit thronos. simillimos sibi Putemus cherubin ex ipso sapientie fonte ore altissimi hauriētes: et refudentes fluenta scientie vniuersis ciuibus suis. Et vide ne is sit: quem prophęta lo quebatur. fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Putemus seraphin spūs. totos diuino igne succensos: succendere vniuersa: vt singuli ciues: singule sint lucerne ardentes et lucentes: ardentes caritate/ lucentes cognitione. O eugeni/ q̄ bonum est nos hic esse: q̄ fore melius si quando tamen toti sequemur quo ex parte precessimus. Precedimus animo/ et nec ipso quidem toto/ sed parte. et parte modica nimis. Affectus iacēt/ mole corporea pregrauati. et luto herentibus desideriis. sola interim arida et tenuis consideratio prevolat. Et tamē ex tantillo quod iam datur/ libet exclamare: dñe dilexi decorem domus tue. et locum habitationis glorie tue. Quid si totam se colligat anima/ et reductis affectibus e cunctis locis quibus captiui tenentur/ timēdo q̄ non oportet amāndo que non decet. dolendo vane, gaudendo vanius cum his ineat tota libertate volatum. pulcet in impetu spūs. et in pingnedine gratie illabatur. Nonne cum ceperit circūire lucidas mansiones/ et sinum illum. etiam abrahe. curiosius perscrutari. et sub altari quodcunq̄ est illud. martirū reuisere animas i prima stola scōam patientissime expectantes. multoma

gis tunc instabit loquens cum propheta. Unam petii a domino hanc requiram vt inhabitem in domo domini omibus diebus vite mee vt videam voluntatem domini. Et visitem templum eius? Quidni tibi videatur cor dei? Quidni tibi probetur que sit voluntas dei. bona et beneplacens et perfecta? Bonum se. placens in effectibus. beneplacens fruentibus pfecta perfectis. et nichil vltra querentibus. Patent viscera mie. patent cogitationes pacis. diuitie salutis. misteria bonevoluntatis beni gnitatis archana. que clausa mortalibus etiam ipsis electis suspecta sunt. Id quidem salubriter ne desinant timere/ dum necdum digne amare idonei inueniuntur.

Cernere est in his qui seraphin appellantur quomodo amet qui vnde amet non habet. sed est. et qui nichil horum que fecerit odit quos saluãdos fecit quomodo foueat. quomodo prouehat. quomodo amplexetur. quomodo delicta electe iuuentutis. et paleas ignorantiarum eius ignis ille consumens ipsam sibi purgatissimam/et suo amore dignissimam reddat.

Cernere est in cherubin qui plenitudo scientie dicitur deum scientiarum dominum esse/ qui solus solẽ nesciat ignorantiam/ qui totus sit lux et tenebre in eo non sint vlle. totus sit oculus. et qui minime aliquando fallitur quia minime clauditur. qui extra se non querat lumen. cui admoneatur vt videat/ ipse qui videt: ipse vnde videt. Cernere est in thronis/ q̃ non suspectus omni innocentie iudex sedeat in his qui circumuenire nolit circumueniri non possit: quippe sic amans sic videns. Nec vacat sessio/ tranquillitatis insigne est. De vultu tali inductum meum pro

deat opto/cui iussit amor error absit/et perturbatio
Cernere est in dominationibus quante sit domin⁹
matestatis.cui nutu imperium constat/ꝛ imperiovni
uersitas atqꝫ eternitas/trinum sunt. Cernere est in
principatibus principium ex quo omnia/ ꝛ quomo=
do a cardine ostium/sic ab ipso regi vniuersitatem
Cernere in potestatibus q̄ potestatiue idem prin=
ceps quos regit ꝓtegit/contrarias potestates ar=
cens et propulsans. Cernere in virtutibus vnam
vbiqꝫ equaliter presto esse virtutem per quam om=
nia/viuificam.efficacem/inuisibilem/ immobilemqꝫ
omnia tamen mouentem viuiter/tenentem fortiter
Que cum in minus vsitata effecta apud mortales
eruperit/miracula siue prodigia vocant. Cernere
postremo ꝛ mirari est in angelis ꝛ archangelis ꝛ vita
tem atqꝫ experientiam vocis illius quoniam ipsi cu
ra est de nobis/qui talium nos et tantorum non de
sinit iocundare visitationibus/instruere reuelationi
bus suggestionibus commonere sedulitate solatia=
ri. Hec omnia contulit illis spiritibus ipse qui con=
didit illos vnus atqꝫ idem summus spiritus diui=
dens singulis prout voluit. Hec operatur in illis/
hec dedit operari et illis/sed aliter. Ardent seraphi
sed igne dei / vel potius igne deo . Quod precipu=
um est in eis amant / sed non q̄tum deus nec quo=
modo. Lucent cherubin ꝛ in scientia eminent/sed p
ticipio veritatis.ac per hoc non vt veritas/ nec quā
tum. Sedent throni sed incidentis beneficio. Judi
cant ꝛ ipsi cum tranquillitate sed non ad mensuram
modum ve pacis pacantis/pacis que exuperat om=
nem sensum. Dominantur dominationes / sed sub

domino dominantur/sed seruiunt pariter. Quid hoc ad summum/sempiternum singulare dominiuz Presunt principatus ꝛ regunt/sed reguntur et ipsi. ita vt regere tam non norint si regi desierint. Precellit in potestatibus fortitudo/sed qui debent quod fortes sunt/et aliter est fortis et plus. Nec tam fortis ꝙ ipsa fortitudo est. Virtutes pro suo ministerio et potentatu/satagunt excitare corda torpentia hominum/innouatione signorum. virtus vo in eis manens ipsa facit opera. Faciunt et ille/sed in comparatione eius non faciunt. Denicz tantum interest vt quasi singulariter ꝓpheta dicat ad deum. Tu es deus qui facis mirabilia. Et item de eo. Qui facit mirabilia magna solus. Adsunt angeli et archangeli sed ille germanior nobis qui non modo adest sed inest. Quod si dicas posse inesse ꝛ angelum/non inficior. Memini scriptum et angelus qui loquebatur in me. Vt que differentia et in hoc? Inest angelus suggerens bona/non ingerens. Inest hortans ad bonum/non bonum creans. Deus sic inest vt afficiat vt infundat. vel potius vt infundat ꝛ participetur/it avt vnum perinde cum nostro spiritu esse dicere quis non timuerit/ꝛ si non vnam personam/ vnaz ve substantiam. Habes enī qui adheret deo/ vnus spūs est. Angelus ergo cum aīa deus in aīma. Ille vt conturbernalis anime. deus vt vita inest Itaqz sicut aīma videt in oculis. audit in auribus. odorat in naribus. in faucibus gustat. tangit in toto reliquo corpore. sic deus diuersa in diuersis spiritibus operatur. verbi causa in aliis amantē se exhibens in aliis agnoscentem, in aliis alia facientem, sicut

vnicuiq; datur manifestatio spūs ad vtilitatem.
Quis est iste tam communis in vocibus / tam lōge in rebus? Quomodo quem nostris loquimur vbis in sua reconditus maiestate/nostros penitus aspectus effugit et affectus? Audi ipsum quid loquatur hominibus? Sicut exaltantur celi a terra/sic exaltate sunt vie mee a vtis vestris/et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Dicimur amare/et deus/ dicimur nosse et deus ꝛ multa in hunc modum. Sed deus amat vt caritas. nouit vt veritas. sedet vt equitas dominatur vt maiestas. regit vt principium. tuetur vt salus. operatur vt virtus. reuelat vt lux. assistit vt pietas. Que oīa faciunt ꝛ angeli facimus et nos sed longe inferiori modo. Non vtiq; bono quod sumus/sed quod participamus

¶ Quid in essentia dei contemplandum sit/et de hereti eorum qui dicunt deus diuinitate deus est/ ꝙ ipa diuinitas deus non est/ꝛ q̄ deus vnus sit

Capitulum quintum

Nunciam transi spūs istos/si forte cū spō sa dicere possis et tu. Paululū cum pertransissem eos/inueni quem diligit aīa mea Quis est? Non sane occurrit melius/q̄ qui est Hoc ipse voluit de se responderi. Hoc docuit dicēte moyse ad populum ipso quidem iniungente. Qui ē misit me ad vos. Merito quidem. Nil competentius eternitati que deus est. Si bonum. si magnum. si beatum. si sapientem. vel quicquid tale de deo dixeris in hoc verbo instauratur quod est/est. Nempe hoc est ei esse /quod hec omnia esse. Si et centum talia addas/non recessisti ab esse. Si ea dixeris/ni-

chil addidisti. Si non dixeris nichil minuisti. Jam si vidisti hoc tam singulare tã summum esse/ nonne in comparatione huius ḋcquid hoc nõ est iudicas potius non esse q̃ esse. Quid item deus? Sine quo nichil est. Tam nichil esse sine ipso q̃ nec ipse sine se põt. Ipse sibi/ipse omnibus est. Ac per hoc quodãmodo solus ipse est / qui suum ipsius est et omnium esse. Quid est deus? Principium. Et hoc ipse de se responsum dedit. Multa in rebus dicuntur principia/sed respectu posteriorum. Alioquĩ si ad aliquid precedens respicias/ipm potius principium dabis. Quãobrem si queras verum simplexq̃ principium inuenias oportet quod principiũ nõ habuerit Ex quo vniuersum cepit/profecto ipsum minime cepit. Naz si cepit/aliũde ceperit necesse est. A se enim cepit nichil. Nisi forte quis putauerit quod non erat/dare sibi potuisse vt esse inciperet/aut fuisse aliquid anteq̃ esset. Quod vtrunq̃ quia ratio non consentit/constat nichil sibimet extitisse principium. Quod vero aliud principium habuit/primum non fuit. Verum ergo principium nequaq̃ cepit / sed totum ab ipso cepit Quid est deus? Cui secula nec accesserunt nec decesserunt/nec coeterna tamen. Quid est de⁹? Ex quo oĩa p quem oĩa/in quo oĩa. Ex quo omia / creabiliter non seminabiliter. Per quẽ oĩa/ne alium auctorẽ atq̃ aliũ opificẽ arbitreris. In quo omia non quasi in loco/sed quasi in virtute. Ex quo oĩa/tanq̃ vno principio auctore omnium. Per quẽ oĩa/ne alterũ inducatur principiũ artifex. In quo omnia ne tercium inducatur locus: Ex quo omnia non de quo quia non est materia deus. Efficiens causa est non

materialis. Frustra philosophi materiam querunt non equit matera deus. Non enim officinam quesiuit/non artificem. Ipse per se/in se omnia fecit. Unde? De nichilo. Nam si ex aliquo fecit/illud non fecit ac per hoc nec omnia Absit vt de sua incorrupta incorruptibilique substantia tam multa fecerit/si bona corruptibilia tamen. ¶ Queris si in ipso omnia/ipse vbi? Nichil minus inuenio. Quis capiat locus. Queris vbi non sit? Ne hoc quidem dixerim. Quis sine deo locus. Incomprehensibilis est deus/sed nō parum apprehendisti si hoc tibi de eo compertum ē quod nusq̄ sit qui non clauditur loco/et nusq̄ non sit qui non excluditur loco. Suo autem illo sublimi atq̄ incomprehensibili modo. sicut omia in ipso/sic ipse in omnibus est. Denicq̄ sicut ait euangelista/in mundo erat. Alias vero vbi erat anteq̄ mundus fieret ibi est Non est quod quaras vltra vbi erat/preter ipsum nichil erat. Ergo in seipso erat. Quid est deus? Quo nichil melius cogitari potest Si approbas non oportet assentiaris esse aliquid deo quod deus sit/et quod deus non sit. Hoc enim sine dubio melius. Quomodo non melius deo/si deus non est quod dat deo vt sit? At melius illam diuinitatē qua dicunt deum cē non aliud q̄ deū esse fatemur. Non est in deo nisi deus Quid inquiunt? Negas deum habere diuinitatē? Non. sed quod habet/hoc est Negas diuinitate deū esse? Non. sed non alia q̄ q̄ ipe est Aut si tu aliam inueniſti/adiuuet me trinitas deus aduersus illam tota me contumacia erigo. Quaternitas orbem disterminat. non signat deitatem. deus trinitas est/deus triū singula personarū;

Si quartam diuinitatem aducere placet/interi ego hanc que deus non est persuasi michi minime adorā dam Puto q̄ et tu Hempe dñm deū tuū adorabis et illi soli seruies. Gloriosa vero diuinitas que sibi honorem non audeat arrogare diuinuz. At meli⁹ quartū hoc omnino respuimus/q̄ sine honore recipimus Multa dicuntur esse in deo z quidem sane catholicecq̄ sed multa vnū. Alioquin si diuersa putem⁹ non quaternitatem habemus. sed centenitatem. Verbi causa dicimus magnū bonum iustū. z inūera talia sed nisi omnia vnum in deo et cum deo consideres/ habebis multiplicem deum. Michi vero non deest/ quod cogitem melius eiusmodi deo tuo. Queris q̄d? Mera simplicitas Vero iudicio natura simplex multiplici antefertur. Scio/quod ad hec respondere solent. Non multa inquiunt /sed vnam tantum diuinitatem que oīa illa sunt/ deo vt sit conferre asserimus. Asseritis ergo et si non multiplicem/ duplicez deū/et non ad merum simplex peruenistis / neq̄ ad id quo melius cogitari non potest. Tam non ē simplex quod vel vni fuerit obnoxium forme / q̄ nec virgo vel vnt cognita viro. Securus loquor / ne is quidem qui vel duplex est/erit meus. Habeo enim meliorem. Esto q̄ hunc numeroso et multiplici ātepona. sz plane pre simplici sperno. Meus deus ipse catholice est/tam non habet hoc et illud q̄ non hec et illa. est qui ē non que est Purus. simplex. integer perfectus. constans sibi. nichil de temporib⁹. nichil de locis. nichil de rebus trahens in se/nichil ex se deponens in eis/non habens quod ad numerum diuidat/non q̄ colligat ad vnum. Anū quippe est/sz non

vnitū. Non partibus constat vt corpus non affectibus distat vt aīa/non formis subsīat vt omē qđ factū est. Sed neq; forme/vt istis visum est. Magna laus videlz deo/vt se ab informitate vendisset/forma vna esse contētū Hoc est dicere. Cetera pluribus/dñi non nisi vnt debere quod est. Quid? Cuius beneficio sunt q̄ sunt/ipe pro suo eē alteri bñficio inclinabit? Laus ista vt vulgo dr blasphemiam valet. An non plurisē/nullo egere q̄ vno? Habe reuerentiam deo/vt qđ plurīs ē/illi tribuas. Si cor tuū vsq; huc ascendere potuit/deū tuum infra quō collocabis? Ipe sibi forma/ipe sibi essentia est. In hoc interim gradu suspicio illum r si alter potior appareret illum potius darem. Nunquid verendum/ne cogitatio transuolet illum? Quantūcunq; in altū, pficiat vltra est. Infra q̄ hō cogitare possit altissimum quere re/ridiculum est/statuere ipiū Vltra/non citra q̄ rendus est. Ascende adhuc si potes ad cor altius et exaltabitur deus. Non est formatꝰ deus/forma est: Non est affectus deus. affectio est. Non ē compositꝰ deus/merum simplex est. Et vt liquido noueris qđ simplex dicā/idē qđ vnū. Tam simplex deus/q̄ vnꝰ est. est aūt vnus r quō aliud nichil. Si dici possit vnissimus est. Vnus ē sol/q̄ non sit alter/vna luna q̄ cq̄ altera non sit; Atq; id quidem deus. sz plus. Quid plus? Vnus est etiam sibi. Et hoc vis tibi declarari Idem est semper r vno modo. Non sic vnus sol/non sic vna luna. Clamat vterq; non esse/se vnū sibi/ille motibus illa defectibus suis Deus autem non modo vnus sibi/et in se vnus est. Nichil in se/nisi se habet: Non ex tempore alterationem habet/non in

substantia alteritatem. Hinc de eo boecius. Hoc vere vnum in quo nullus est numerus/nullum in eo aliud preter id quod est. Neqz enim subiectum fieri potest/forma enim est. Compara vni huic omne qđ vnum dici potest/et vnum non erit. Trinitas est tamen deus. Quid ergo? Destruimus quod dictum est de vnitate/quia ĩducimus trinitatem? Non. sed statuimus vnitatem. Dicimus patrem. dicimus filium. dicimus spiritumsanctum/nō tamen tres deos/sz vnū. Quid sibi vult iste vt sic loquar/absqz numero numerus? Si tria/quomodo non numerus? Si vnum/vbi numerus? Sed habeo inquis quid numerem/et quid non numerem. Substātia vna est/p sone tres sūt. Quid mirū quid vel obscurum in hoc Nichil. si persone seorsuz a substātia cogitētur. Nūc vero cū tres ille persone/ illa substantia sint. et illa vna substantia tres ille psone/ qs numerum neget? Nā vere tres sūt. Quis numeret tñ? Nā vere vnuz sūt. Aut si tu facile explicatu id putas/ dicē do tres. dicito qđ numerasti? Naturas. Una est. Essentias? vna est Sbās? Una ē. Diuinitates? Una est Nō hec sed psonas numero ĩquitz? Que nō sint illa vna natura/illa vna essētia/illa vna substātia/ illa vna diuinitas? Catholicus es/mīme hoc dabis.

De vnitate summe tinitatis. Ca. sextum.

Personarum proprietates/no aliud q̄ personas ipsasqz nō aliud q̄ vnū deū./vnam diuinā substātiam /vnā diuinā naturam/ vnā diuinam et summā maiestatē. catholica confitetur. Numera igitur si potes aut sine subā psonas q̄ ipsa sūt/aut sine psonis proprietates q̄ ipse sūt. Aut

si diuidere qs conetur vel psonas a substantia vel p
prietates a personis: nescio quo trinitatis se profite
ri cultore possit. qui i tanta rerum excesserit nume=
rositate. Dicamus itaq; tres/sed non ad preiudiciu
vnitatis. dicamus vnum/sed non ad confusione tri=
nitatis. Neq; eiñ noia vacua sut: nec absq; significa
tia/casse voces. Querit quis quo hoc possit esse suf
ficiat et tenere sic esse. Atq; hoc non rationi perspi
cuum nec iñ opinioni ambiguu. sed fide persuasum
Sacramentum hoc magnum est: et quidem vene=
rādum non scrutādum. Quo pluralitas in vnitate/
et hac vnitate: aut ipsa i pluralitate? Scrutari hoc
temeritas est/credere pietas est/nosse. vita. et vita
eterna est. Unde si operepreciu censes o eugeni,
percurrat nunc consideratio multa vna/ quo eminē
tia huius singularis vnus fiat euidētior. Est vnitas
que collectiua potest dici/ cum verbi causa. lapides
faciunt aceruum vnum. Et est vnitas constitutiua/
cū multa mēbra vnum corpus. vel multe partes vnū
quodcunq; totū constituūt. Est et coniugatiua qua
fit ex duo iā non duo sūt. sed vna caro. et est natiua/
qua aīa et caro vnus nascitur hō. Est vnitas ptātti=
ua/qua hō virtutis non instabilis/non dissimilis. sed
vnus sibimet sp nititur īueniri. Et qsentanea cū per
charitatē multorum hoīm est cor vnū et aīma vna:
Est et votiua cū aīa votis oībus adherens deo. vn9
spūs est. Et est dignatiua vnitas/qua limus noster a
deiverbo in vnam assumptus est psonam. Uerū hec
omīa/ quod ad illud summū atq; vt ita dicam vni=
ce vnū: vbi vnitatem consubstātialitas facit? Huic
vni/quod vis illorum si assimiles; erit quoquo vnū

si compares: nullo. Igitur inter omia q̄ vnum recte dicūtur arcem tenet vnitas trinitatis qua tres personevna substātia sunt. Scdo loco illa precellit: qua econuerso tres substātie vna in christo persona sunt. Nouo hec et quecunq; alia dici vna possunt: sume illius vnitatis imitatione non comparationevna appellari. vera sobriaq; probat consideratio. Nec abducimur ab hac vnitatis professione assertione triū cū in hac trinitate non recipiamus multiplicitatem sicut nec solitudinem in vnitate. Quāobrem cū dico vnū non me trinitatis turbat numerus: q̄ essentiam nō multiplicat. nō variat. non patitur. Rursū cum dico tria: non me arguit intuitus vnitatis q̄ illa quecūq; tria. seu illos tres nec in confusionem cogit nec ī singularitatē redigit.

De vnitate verbi aīe et carnis. Ca. vii.

Idem me fētire fateor et de illa vnitate cui scdm ab ista inter cetera vna: honorem dedi. Dedi in xp̄o verbū/aīam et carnē sine confusione essentiarū: vnā esse psonam et itez absq; preiudicio psonalis vnitatis: ī sua numerositate manere. Nec negauerī hanc ad illud quoq; genus vnitatis ptinere. qua aīa et carovnus est homo. Decuit quippe familiarius similiusq; cū hoīs conuenire constitutione quod pro hoīe constitutū est sacramētum. Decuit et cū summa que in deo est. et deus est vnitate congruere. vt quomodo ibi tres personevna essentia. ita hic conuenientissima quadam contrarietate. tres essentie sint vna persona. Videes ne pulcre inter vtranq; vnitatem hanc collocari. in eo vtiq; qui constitutus est mediator dei hominisq; homo xp̄us

ſeſus? Pulcherrima in q̄ conuenientia. vt ſalutare ſacramentum congrua quadam ſimilitudine ambo bus rñdeat: et ſaluanti videlicet et ſaluato. Ita hec vnitas duarum conſiſtens media vnitatuz: alteri ſuc cumbere. alteri preeminere cognoſcitur. q̄tū ſuperi ore inferioz. tantum inferiore ſuperioz. Tantam de niq̄ tamq̄ expreſſam vnionis vim in ſe prefert: ea q̄ ſona in qua deus ⁊ homo vnus eſt chriſtus. vt ſi duo illa de ſe inuicem predices/non errabueris. deum videlicet hominem/et hominem deum/vere catholice q̄ pronuncians. Non autem ſimiliter vel carnem de anima. vel aīam de carne niſi abſurdiſſime predicaſ et ſi ſimiliter aīa et caro vnus ſit homo. Nec mirum ſi non eque potis anima ſit ſua illa vitali. et ſic valida intentione connectere/atq̄ ſuis affectibus aſtrin gere ſibi carnem/vt ſibi diuinitas hominem illum q̄ predeſtinatus eſt filius dei in virtute. Longa cathe na et fortis ad ſtringendum diuina p̄deſtinatio. Ab eterno enim eſt. Quid longius eternitate? Quid di uinitate potentius? Inde eſt q̄ nec morte incidente vllatenus intercidi hec vnitas potuit/ et ſi carne ⁊ a nima ab inuicem ſeparatis. Et fortaſſis hoc ſenſit il le qui ſe indignum profeſſus eſt ſoluere corrigiā cal ciamenti huius.

De tribus ſatis farine fermentatis in panem vnum. Capi. octauum.

Sed et illa tria ſata de euangelio mixta et fermētata in panem vnum/ſi quis ad hec tria duxerit pertinere non incōgrue id mi chi facere videbitur. Quam bene noſtra mulier fer mentauit. vt nec diuiſione quidē facta carnis et aīe.

a carne vel anima verbum diuideretur. Manſit ꝙ in ſeparatione/inſeparabilis vnitas. Nec enim qui ex parte contigit ſeparatio: potuit vnitati preſcribere/ permanēti in totis tribus. Siue coniunctis ſiue diſiunctis duobus: nichilominus perſeuerauit in trib⁹ vnitas perſonalis. Eque vnus chriſtus. vnaqꝫ perſona. verbum. anima. et caro. et iam mortuo homine p̄ durauit. In vtero virginis vt ſentio ego commixtio hec et fermentatio facta eſt/ꝙ ipſa mulier que miſcuit et fermentauit. Nam fermentum nō immerito fortaſſe dixerim fidem marie. Plane beata que credidit/ quoniam perfecta ſunt omnia que dicta ſunt ei a dño. Perfecta aūt non eſſent ſi quominus iuxta verbum dñi eſſet fermentatū toū et perpetuo fermētatū ſeruans nobis tā in morte q̄ ī vita pariter vnū atqꝫ integrum mediatorē dei et hoīm cum ſua deita te hominem ieſum chriſtum.

¶ De his qui carnē xp̄i nouā in virgine creatā et non de carne virgis ſumptā/ipie aſſerūt ¶ Ca. ix.

Auertere eſt ī hoc admirabili ſacro iuxta nūerum ſatorū mire et decentiſſie diſtinctōis gradus nouū. antiquū. eternū. Nouum/ꝙa iam q̄ de nichilo tūc creata creditur cū infuſa. Antiquū. carnē q̄ a primo vſqꝫ hoīm. ī. ex adā traducta cognoſcitur. Eternū. verbum qđ ab eterno patre coeternū illi genitū/indubitata veritate aſſeritur: Et in his tripler ſi diligēter aduertas diuīe potētie genus: quod fetū ſi de nichilo aliquid/deve tuſto nouū. eternū. n beatūqꝫ de damnato et mortuo Quid hoc ad noſtrā ſalutem? Multum per oēz modum Primum quidē quod peccato redacti ī nichili

per hocquodammō iterato creati sumus .vt simus
initiū aliquod creature eius. Deinde quod ex vetu
sta seruitute in libertatē filiorum dei trāslati/i noui=
tate spūs ambulātes. Postremo quod de potestate
tenebrarū vocati ad regnum claritatis eterne/i quo
iam et cōsedere nos fecit i christo. Alieni sūt a no=
bis/qui christi a nobis carnem alienare conātur/no
uam creatam in virgine/et non de virginesumptam
impie asserētes. Pulcre propheticus spūs lōge an=
te occurrit huic sentētie immo blasphemie impiorus
egredietur inquiēs virga de radice iesse/ et flos de
radice eius ascēdet. Dixisse poterat/i flos de virga
sed maluit de radice. vt vnde virgam inde florē du=
xisse originem demōstraret. Inde igitur sumpta ca
ro/vnde orta virgo; nec noua in virgine que prodi
it ex radice.

De multimoda contemplatione dei.
Capitulum decimum.

Forte substomacharis si adhuc pergimus
querere quid est deus. tamen quia totiēs
iam quesitum est/tamē quia difficilis inuē=
tum iri. Dico tibi pater eugeni/solus est deus qui fru
stra nunq̄ queri potest. nec cum/ inueniri non potest:
Doceat te de hoc experimentum tuum. Aut si non
experto credito. nō michi/sed sācto qui ait. Bonus
es domine sperātibus in te/ aīme querēti te. Quid
ergo est deus? Quod ad vniuersum spectat/ finis.
Quod ad electionem salus. Quod ad se/ipse nouit
Quid est deus? Uolūtas oipotens. beniuolentissia
virtus lumē eternum. icommutabilis ratio summa
beatitudo. creans mentes ad se participandum. vi=

tificans ad sentiẽdũ. afficiens ad appetẽdum. dilatans ad capiendum. iustificans ad promerendum. accendens ad zelum. fecũdans ad fructum. dirigẽs ad equitatem. formans ad benuolentiam. moderans ad sapientiam. roborans ad virtutem. visitãs ad consolationem. illuminãs ad cognitionem perpetuam ad immortalitatem. implẽs ad felicitatem. circũdans ad securitatem.

¶ Quod deus non minus sit pena superborum ꝙ humilium gloria. ¶ Capi. nonum.

Quid est deus? Non minus pena peruersorum ꝙ humilium gloria. Est enim rationabilis quedam equitatis directio inconuertibilis atq; indeclinabilis/ quippe attingens vbiq; cui illisa omnis prauitas conturbetur necesse est. Quidni in hanc omne tumidum vel distortum impingat et conquassetur? Ne vniuerso quod obuium forte offenderit/cedere nescia rectitudo. Nam et fortitudo est. Quid inquis voluntatibus tam contrarium et aduersum ꝙ semper conari/impingere semper et frustra? Ne oppositis voluntatibus/solam sue profecto auersionis referentibus penam. Quid tam penale / ꝙ semper velle quod nunq; erit. et semper nolle quod nunq; non erit? Quid tam damnatum ꝙ voluntas addicta huic necessitati volendi nolendiq; vt adutrumlibet iam sicut non nisi peruerse. ita non nisi misere moueatur? Ineternum nõ obtinebit quod vult. et quod nõ vult ineternum nichilominus sustiebit. Digne oĩno/vt que ad nichil afficitur vnq; quod deceat ad nichil ꝙ vnq; libeat euadat. Quis hoc facit? Rectus dominus deus noster, qui et cum

peruerso peruertitur. Nunq̃ recto prauoq̃ conueni et. Hec enim sibi inuicem aduersantur: et si non inui cem ledant. Lesio alterius est: absit vt dei. Durum inquit est tibi/cõtra stimulum calcitrare. Hoc est nõ stimulo durum: sed calcitranti. Est et turpium pena deus lux est enim. Et quid tam inuisum obsenis fla gitiosisq̃ mẽtibus? Profecto. omnis qui male agit odit lucem. Sed dico. Nunquid non poterunt decli nare? Minime omnino. Lucet vbiq̃: et si non omni bus. Deniq̃ in tenebris lucet: et tenebre eam non cõ prehenderunt. Videt tenebras lux/cui hoc est vide re quod lucere. sed nonvicissim a tenebris ipsa vide tur: quia tenebre eam non comprehenderunt. Et vi dentur ergo vt confundantur. et non vident ne con solentur. Nec modo a luce. et in luce videntur. A quo vel a quibus? Ab omni vidẽte vt pro multitu dine intuentium/sit confusio multa. At nullus de tã ta numerositate spectãtium molestior oculus suo cu susq̃. Non est aspectus/siue in celo siue in terra/quẽ tenebrosa conscientia suffugere magis velit/ minus possit. Non latent tenebre/vel seipsas. Sed vident que aliud non vident. ¶ Opera tenebrarum se quuntur illas. nec est quo se abscondent ab illis. ne in tenebris quidem: Hic est vermis qui non moritur memoria preteritorum. Semel infectus vel potius natus per peccatum/hesit firmiter: nequaq̃ dein ceps auellendus. Nec cessat rodere conscientiã/ea q̃ pastus esca vtiq̃ inconsumptili: perpetuat vitam Horreo vermẽ mordacem et mortem viuacẽ. Hor reo incidere in manus mortis vtuentis et vite mo rientis Hec secunda mors que nunq̃ peroccidit. sed

semper occidit. Quis det illis semel mori et non moriantur ineternum. qui dicunt montibus cadite super nos/et collibus operite nos? Quid nisi mortē mortis beneficio/aut finire aut euadere volunt. De nicq̄ inuocabunt mortem ait et non venet. Jnstuere id clarius. Constat immortalem animam esse nec aliquando absq̄ sua memoria viuere/ne non animam aliquando esse contingat. Jtaq̄ durante anima/durat et memoria. Sed qualis Feda flagitijs/horrida facinoribus. vanitate tumida: contemptu hispida et neglecta. Que prioza transierunt & non transierunt. Transierunt a manu sed non a mente. Quod factum est factum non esse non potest. Proinde & si facere in tempore fuit. sed fecisse in sempiternum manet. Non transit cum tempore quod tempora transit. Jneternum ergo necesse est cruciet. qđ perperam te egisse ineternum memineris. Experiri erit hoc veritatem vocis illius. arguam te et statuam contra faciem tuam. Dominus locutus est cui omne aduersum. et sibi aduersari necesse est vt sit sera querela O custos hominum quare posuisti me cōtrarium tibi. et factus sum michimetipsi grauis Jta est o Eugeni. non potest deo esse contrarium. et sibi met cohērere. sed qui arguetur a deo. arguetur et a seipso. Non est sane iam tunc. quod aut veritatem dissimulet ratio. aut rationis intuitum anima declinet. abrupta membris corporis in sese collecta Quo enim valeat sopitis conclusisq̄ in morte sensibus. q quos vtiq̄ curiosius exire. & a se ire solebat. in eam que preterit mundi huius figuram? Vides turpib⁹ nichil deesse ad confusionem cum producentur spe

etaculum fieri deo angelis hominibus.sibiipsis. ꝺ ꝙ male mali omnes locati sunt.vtiꝙ oppositi torrẽ ti huic directe equitatis/et huic lumini propalate ve ritatis expositi. Nonne hoc est perpetuo tundi/per petuoꝙ confundi. Duplici contritione sit ille conte re eos domine deus noster.

Quod deus sit longitudo/latitudo sublimitas/et ꝓfundum

Capi.duodecimum.

Quid est deus? Longitudo/latitudo/ sublimitas/ꝓfundum Quid inquis. Tenemꝰ quaternitatis quam abominatus es ꝓfessorem? Mime abominatus sum/ꝛ abominor. Alius sũ ꝓtulisse plura/sed vnũ est. Unusꝺeꝰ signatus ẽ ꝓ captu nostro non ꝓ suo statu. Diuisus hic est/non ille Voces diuerse semite multe/sed vnũ ꝓ eas significa tur vnus queritur. Non diuisiones substantie/ĩ qua ternario isto expresse sunt/non diuisiones quales in corporibus intuemur.non distinctio personalis qua lem in trinitate adoramus/non numerus proprieta tum.qualem personis ipsis inesse fatemur/ꝛ si non aliud a personis. Alioquin hoc singulum horum in deo quod quattuor simul hoc quattuor ipsa / quod singulum est. Nobis autem quia non possumus cũ deo simplicitate contendere/dum contendimus ap prehendere vnum/occurrit velut quadruplicatum: Facit hoc speculum/et enigma per quod solum in terim videre datur. Cum autem videbimus facie ad faciem videbimus sicuti est. Nec enim iam tunc fragilis acies mentis nostre/ꝙtumlibet vehemen ter intendens/aliquatenus resiliet/dissilietve in su-

am pluralitatem. Colliget se magis/adiuuabit/con formabitq; vnitati illius / vel potius vnitati illi / vt vna vni facies respondeat faciei. Hempe similes ei erimus/quia videbimus eum sicuti est Beata visio/ad quam merito suspirabat/qui ait Exquisiuit te facies mea faciem tuam domine requiram. Et quia adhuc in querendo res est. ascendamus interim quadrigam istam. vtpote infirmi et imbecilles homines. indigentes tali vehiculo si forte vel sic apprehendamus in quo apprehensi sumus. id est huius ipius vehiculi rationem. Nam hoc monitum habemus ab ipso aurtga et primo currus huius exhibitore. vt studeamus comprehendere cum omnibus sanctis que sit longitudo / latitudo / sublimitas et profundum. Comprehendere dicit non cognoscere vt non curiositate contenti scientie. tota cura fructui inhiemus. Non in cognitione est fructus sed i comprehensione. Alioquin scienti bonum et non facienti vt ait quidam/peccm est ei. et ipse paulus alio loco sic currite inquit vt comprehēdatis. Quid sit eō prehendere infert us declarabo. Quid igitur est deus? Longitudo inq;. Quid ipsa? Eternitas Hec tā longa vt non habeat terminum. non magis loci q; temporis. Est et latitudo. Et ipsa qd? Caritas Quibus a ista terminis angustetur in deo qui nichil odit horum que fecerit? Oriq; solem suū oriri facit sup bonos et malos. a pluit super iustos et iniustos. Ergo a inimicos includit sinus ille. Hec hoc quoq; contentus euadit in infinitum Omnē nō mō affectiōnē sed et cognitionem excedit adiiciente aplō a dicente, Scire etiam supeminentē scīe caritatem xpi

Quid plus dicam? Eterna est. Nisi quod hoc plus forsitan est. quia eternitas est. Vides tantam eē latitudinem quantam et longitudinē? Utinam sic videas non tantam esse sed ipsam. Quid esse vnam quod alteram / non minus vnam q̄ duas nec plus duas q̄ vnam. Deus eternitas. deus caritas est. lōgitudo sine protensione. latitudo sine distensione. In vtroq; pariter locales quidem excedit tēporalesq; angustias. sed libertate nature non enormitate substantie. Tali modo immensus est qui omnia fecit ī mensura. et q̄is immensus. hic tamen modus et ipsius immensitatis. Quid item deus? Sublimitas et profundum. In altero supra omnia. in altero intra omnia. Liquet i n deitate nusq̄ claudicare equalitatem. stare eam vndiq; firmiter. constare immobiliter sibi. Sublime potentiam. profundum. sapientiam eius considera. Ex equo et ista respondēt sibi. dum et sublimitas, inattingibilis'. et profunditas eque inscrutabilis cognoscitur paulo admirā te et exclamante: O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eiꝰ et inuestigabiles vie eius. Libet et nos exclamare cum cum paulo. Horum vtcunq; intuentes ī deo et cum deo simplicissimam vnitatem: O sapientia potens attingens vbiq; fortiter. o potentia sapiens: disponens omnia suauiter. Res vna. effectus multiplex: operationesq; diuerse. et illa vna res est Longitudo propter eternitatem. latitudo propter caritatem. sublimitas propter maiestatem. profunditas propter sapientiam. Nonimus hec. Num ideo et arbitramur nos comprehendisse? Non ea disputatio

comprehendit. sed sanctitas. si quomodo tamen cõ=
prehendi potest/quod incomprehensibile esto. Et ni
si posset/non dixisset apostolus/ vt comprehendatis
cum omnibus sanctis. Sancti igitur comprehendũt
Queris quomodo? Si sanctus es comprehendisti t
nosti. Si non. esto t tu experimento scies. Sanctum
facit affectio sancta/et ipsa gemina/timor domini sã
ctus / et sanctus amor. His perfecte affecta anima/
veluti quibusdam duobus brachijs suis comprehen
dit/amplectitur/stringit. tenet. et ait. Tenui eum nec
dimittam. Et timor quidem sublimi et profundo/ a=
mor lato longoq; respondet. Quid tam timendum
quam potestas cui non potes resistere / ꝙ sapientia
cui abscondi non potes? Poterat minus timeri de=
us alterutro carens. Hunc autem perfecte oportet ti
meas illum/cui nec oculus deest omnia videns. nec
manus potens omnia. Quid item tam amabile / ꝙ
amor ipse quo amas et quo amaris? Amabiliorem
tamen iuncta eternitas facit / que dum non excidit/
foras mittit suspitionem. Ama igitur perseueranter
et longanimiter et habes longitudinem. Dilata a=
morem tuum vsq; ad inimicos et latitudinem tenes
Esto etiam in omni sollicitudine timoratus t subli=
me profundumq; apprehendisti. Aut si mauis quat
tuor eque tuis/diuinis quattuor respõdere/facis hoc
si stupes. si paues. si ferues. si sustines: Stupenda
plane sublimitas maiestatis / pauenda abyssus iudi
ciorum/feruorem exigit caritas/eternitas perseuerã
tiam sustinendi. Quis stupet nisi qui contemplatur
gloriam dei? Quis pauet/nisi qui scrutatur profun=
dum sapientie? Quis feruet/nisi qui meditatur cari

tatem dei? Quis sustinet et perseu erat in amore/ ni si qui emulatur eternitatem caritatis? Nempe eternitatis quandam ymaginem perseuerantia prefert: Deniq; sola est/cui eternitas redditur vel potius q̃ eternitati hoẽm reddit dicente dño/qui pseuerauerit vsq; in finem/hic saluus erit Et nunc aduerte in quattuor istis contẽplatiõis spẽs quattuor Prima t maxia contẽplatio ẽ admiratio maiestatis Hec reqrit cor purgatũ vt a vicijs liberum atq; exoneratũ pctis/ facile ad superna leuet / interdum quoq; vel per aliquas mozulas stupore et extasi suspensum teneat admirantẽ. Secda autẽ necessaria est huic . Est enim intuens iudicia dei. Quo sane pauido aspectu dum vehementius concutit intuentem/ fugat vicia / fundat virtutes/iniciat ad sapientiam humilitatem seruat. Virtutum siquidem bonum quoddã ac stabile fundamentũ humilitas. Nempe si nutet illa virtutũ aggregatio/non nisi ruina est. Tertia contemplatio occupatur vel potius ociatur circa memoriam beneficiorum:et ne dimittat ingratum sollicitat memorantem ad amorem benefactoris. De talibus dicit propheta:loquens ad dominum . Memoriam abundãtie suauitatis tue eructabunt. Quarta que retro sũt obliuiscens:in sola requiescit expectatione promissorum. Que cum sit meditatio eternitatis/ siquidem que promittuntur eterna sunt longanimitatẽ alit.et perseuerantie dat vigorem. Puto iã facile est quattuor nostra hec quattuor illis apti assignare. dũ longitudinem comprehendit meditatio promissorũ .latitudinẽ recordatio bñficiorum/sublimitatẽ contemplatio maiestatis.profundum inspectio iudiciorum.

Querendus adhuc fuerat q̄ nec satis adhuc inuentus est/nec queri nimis potest. Ut orando forte q̄ disputando dignius queritur/et inuenit facilius. Proinde is sit finis libri.sed non finis querendi

Bernardus. De cute carne/et ossibus anime

Beatus dauid in psalmo.xxxiii.de iustis loqtur dicens.Multe tribulationes iustorum/ sz de oīb⁹ his liberabit eos dñs.Custodit dñs oīa ossa eorum vnum ex his non conteretur. Quod nemo dictum esse de corporeis ossibus arbitretur. Presertim cum tot beatorum martyrum ossa confracta sint manibus hoīm impiorum ⁊ contrita dentibus bestiarum. Sed miranda prorsus et miseranda humanarum conditio animarum/que licet tam multa foris ingenti viuacitate percipiat/ nulla tamen per spicacitate semetipsas sicut sunt nosse aut cogitare sufficiant. Sed egeant omnino figuris et enigmatibus quibus corporearum similitudinum / vt ex visibilibus et exterioribus possint vel aliquatenus inuisibilia atq; eterna cognoscere. Ponamus itaq; velut quandam ad̄c cutē. cogitationem ⁊carnem. affectionem vt consequenter os eius intentionem possimus accipere. Sic enim erit in ossis integritate anime vita.in carnis incorruptione sanitas.in cutis specie pulchritudo. Que sunt ergo tribulationes iustorum nisi q̄ interdum decolorat cutis/cum videlicz inutilis cogitatio in corde versatur. Nonnunq̄ vero etiam caro vulneratur quādo sz ad hocvsq; cogitatio pniciosa ꝓcedit vt delectatione corrūpat affectio Nam ossa q̄dem iustor oīno integra atq; illesa custodiuntur a domino vt nunq̄ frangatur ꝓpositum.

cordis eorum/nunq̃ salubris intentio conteratur vt videlicet concupiscentie titillanti nũq̃ etiã detur assensus. Sicut enim peccati cogitatio decolorat/affectio vulnerat. sic consensus aiam oĩno necat. Cauea mus ergo dilectissimi cogitationes inutiles vt aiarum nostrarum facies decora permaneat vt obliti q̃ retro sunt id est ppẽm nostrum et domum patris nostri concupiscat rex speciem nostrã. Exeamus de terra nostra vt non comprehendat nos cogitatio spectans ad voluptatem carnis. Exeamus et de cognatione nostra. i a cogitationibus curiositatis q̃ nimirum cũ in sensibus corporis habitet: carnali vitiq̃ cognata est voluptati. Exeamus etiã de domo patris nostri vt fugiamus cogitatões superbie et vanitatis. Eramus nos aliqñ sicut et ceteri filii ire. Eramus et nos ex patre dyabolo qui nimirũ rex est super omẽs filios superbie. et in montibus elationis sedem sibi atq̃ habitaculũ ifelicissimum preparauit. Quod si forte aliqñ talis cogitatio mentẽ subierit: tota sollicitudine laboremus citius abluere et eradere sordẽ qua nos maculari conspicimus clamantes cum propheta atq̃ dicẽtes. Asperges me ysopo et mundabor lauabis me et super niuem dealbabor. Jam vero si qñ p incuriam et negligentiã nostram transierit cogitatio inutilis etiã in affectũ cordis scientes qñ non macula est tam sed plaga tota festinatione ad auxiliũ spũs qui adiuuat infirmitatem nostrã recurramus clamantes istud de psalmor dicentes. dñe miserere mei: sana aiam meam qr peccaui tibi. Humane eñ sunt tentationes iste: nec ex toto caueri possũt q̃diu in hoc corpore mortis peregrinamur a domo

Nemo tñ paruipendat aut dissimulet ista: qñ ei ñ mortifera non sunt/certe periculosa. Intentionē vero et propositū mentis ea sollicitudine custodiamus ffes qua vitā aīarum nr̄ax volumus custodire. qñ istud oīno est pcīñ ad mortem cū ex consensu et deliberatione delinquimus proprio iudicio condēnati Nec ideo sane id dixerim vt desperet si quis forte delictu huius sibi conscius est. sed vt expauescat precipitium: et qui cecidit adiciat citius vt resurgat. Nouerit cñ se excidisse a iusticia quicunq; eiusmodi est. Cuius os confractū est et comminutū nouerit precisum se a corpore xp̄i de quo nimirū legitur. os non comminuetis ex eo: Cñ et in passione sua licet plagis virgarum liuorem de decolorata sit cutis vt liuore eius non sanaremur licet clauis vulnerata sit caro et lancea latus eius apertum vt sanguine eius redimeremur os tñ non est comminutū ex eo. Propt ea et sanctus dauid. Non est inquit occultatū os meum a te quod feciſti in occulto. Et in alio psalmo. ossa inquit mea vt cremium aruerunt. Quod tunc sit cum omnem delectationem boni prorsus amisisse videatur anima solamq; sibi arde intentionis fortitudinem reseruasse. Et vide ne forte tale aliquid etiaz beatus iob pateretur cum diceret. Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum: vt videlicet corrupta affectione vix solam sibi intentionem spiritalis cogitatio vendicaret.

Explicit liber Bernardi ad Eugenium papam.

(Scriptt. eccl. Lat. Sec. XII.
974.)